

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCCLVI.

VD18 90528921

Illustration: Tab. 32. Columba Indica rostro. [...]

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068




e Gefen
de Colle
bit.

p Libr
intern
adfect

Gener
bl. 3.
ruf. c

c. 1. 10
Comp
fiml
discan



*e Gefnerus
de Colum-
biis.*

tritus inueteratos coxendicis, ceru-
cis et lumborum dolores extirpat,
ut scriptum Fernelius reliquit. Pro-
dest e calculosis, si uel in aceto ma-
ceretur, illud propinetur colatum
uel in eodem septem diebus infu-
sus et aquae rosaceae instar destil-
latus exhibeat. Excutit foetum,
si cum castoreo, oponace, myr-
ra uel felle uaccino suffusus exci-
piatur. Emplastrum cum aceto
forti recte super ani ficus posueris,
Imbecillus tamen domesticarum
stercus, ualidius earum, quae in
montibus uagantur. De reliquis
consule Aldrouandum.

*p Libro de
intern.
affectionib.*

Laudatus et in cibis columbarum
usus. Commandantur in epatico
morbo ab p Hippocrate, in virum
post diuturnum morbum imbecilli-
tate a Rhafe et Peguani ita iis de-
lectantur, ut aduenis interdum uen-
dere nolint. Sylvestres, quas elixa-
bis, domesticis, quae asiae, magis
ualent. Pulli propter molliorem

succum ueteribus, uernales aestiuis
et autumnalibus (uescuntur tamen
et hae melioribus granis) praefe-
runtur. Et uidebis ex iis, apud
scriptores Messos, Crustas, Miran-
se Catalonicum ludebat, quod et
Rui dicitur et alia cibarii genera.
Pullos tamen caput et oculos lae-
dere, lepram nimio usu gignere
Simeon Sethi, cynanchen induce-
re Rhafis meminere, Quod uero
q Varronis tempore singulorum pul-
lorum paria ducentis nummis et, si
eximia esent, singulis millibus se-
stertiorum uendebantur, quod r de Re
Columellae diebus sunt inuenti, qui
quaternis millibus nummum bina
paria mercabantur, quod denique s Plin. H.
Plinius L. Axium equitem Roma-
num ante bellum ciuile Pompeia-
num denariis quadringentis singula
paria uenditas scribit, luxuria
potius et deliciis, quam usui
adscribendum est.

*q de Re
Rufic. l.*

N. l. 10.

ARTICVLVS. II.

De Columbis Domesticis.

*Genera.
b. 3. dere
ruf. c. 7.*

*cl. 10. de
Compos.
f. impl. Me-
dicament.*

Genera columbarum tria Vatros
posuit. Vnum agreste seu sa-
xatile, quod in turribus et culmini-
bus uillae habetur, quod falso Pe-
rottus *πελειάδες* esse creditit, qui-
dam male cum illo saxatili, quod in
agro Bononiensi capit, prorsus
ferum, saxatilibus Varronis maius,
coloris liudi, rostro rubicundo
conferunt quodque c Galeno *νομάς*
et *Boonās* dicitur. Alterum cle-
mentius, quod cibo domestico con-
tentum intra limina ianuae solet
patci. *Κατονίδηος* seu domesticum
Galeno. Tertium ex his stirpibus
miscellum fructus causa. Aristoteli
sex sunt species, nempe *columba*,
oenas, *Gazzae uinago*, *phabs*, *phas-
sa*, *peleias* et *turtur*. Aldrouan-
do uero ex magnitudinis ordine
phasfa primum, *phabs* secundum,
oenas tertium, *columba* quartum, *li-
uia* seu *pelias* sextum, *turtur* po-
strem locum occupat. Palum-
bum pyralidem, columbam et tut-
turem nihil inter se similitudinis ha-

bete falso a Callimacho f dictum in f *Aelia. l.*
sequentibus exponetur. In sylue-
stres et domesticas commodissime
distinguntur. Et domesticae qui-
dem, si differentias adtendas, coloris,
magnitudinis, partium et coitus ra-
tione uariant. Fuere in insula Capi-
tis Viridis et Madera sylvestres adeo
mites, ut domesticarum more se ca-
pi manibus paterentur. In Thera-
pne maximas nasci ait Perottus,
Spoleti perexigas. Tantum duo-
decim pasuum millia efficiunt di-
scrimen. Habentur in Noruegia to-
tae albae, quas et alibi uulgatisimas
conspicias. In g Graecia eo primum g *Athen.*
tempore uisae sunt, quo Persicus *Dipros. l.*
exercitus circa Athon montem inte-
riit. In Eryce h Siciliae ingens nu-
merus unum rubrum tanquam du-
cem sequitur. In Persia i denique co-
lumbi si quisunt, oblongo et anseri-
no illi sunt collo. Genera tam indi-
genarum quam exoticarum pluri-
ma apud nos sunt, quae an ueteri-
bus cognita fuerint, iure dubitari
potest,

M

*h Aelian.
l. 4. de A-
nim. c. 2.
i Scaliger.
exere. 23. 1
c. 7.*